Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

~~libra~~ libra quia peccavit mortaliter et tenetur
de dāpnis ¶ A pistore

Si fecit panē minus porosum
ut sic emētes decipet. vel fecit
panē minorē ponderē quam
debet. vel si accepit bona fa-
rina alterius ad pistandū panē et cā-
biuit ponēdo minus bona loco illius vel
si inmiscuit nimis de furfure peccavit
mortaliter et tenetur de dāpnis ¶ A sartore

Si illud quod restabat vel superfuit
de pano vel serico dato pro
vestitu faciendo sibi retinuit
furādo illud. quia mortale ē maxīe
si sit quid notabile. nisi tn̄ ille dimminu-
te dedisset sibi mercedē laboris. et illud
capit tm̄ ad supplemētū. vel nisi in
pacto esset cōcordatū ¶ Item si in nocti-
bus vel diebus solempnitatibus sine mag-
na necessitate laborat vel si faciat novas
invēciones vanitatū ¶ Ab aurifabro

Si vendit vel utitur auro al-
chimico pro puro. vel ven-
dit aurū minus purū pro
magis puro. quia mortaliter pec-
cat. et tenetur de dāpno ¶ Si emit